FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von Johannes Fabri an August Hermann Francke.

Fabri, Johannes

Schleswig, 29.11.1723

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-218311

Visual Library

Fabri
1723.

27/4:34

Scribeb. Schlesvigae ad d. 29.
Novemb. A. 1723.

34

VIR SUMME REVERENDE,
PATRONE et FAUTOR aetatem suspiciende.

Quod hucusque de me rebusque meis nil quidquam significarim, factum est BEATI BRUMMERI consilio, qui, tametsi iam paullo ante adventum meum cum morbo gravius conflictari coepisset, non tamen spem omnem abiecerat reconvalescendi, atque tum demum TIBI, quem ille admiratus est, suam simul adornandi epistolam. verum enim vero superi zelosum huncce ELIAM inviderant Schlesvigae. Haec namque sero sua, quae habebat, bona intelligit. interim dolent, VIRI tanti excessum, boni omnes. maxime autem sibi eum ereptum queruntur ii, quos CHRYSOSTOMUS

ille ad CHRISTVM ducebat. quin ipse quidem
ego, qui non amplius, quam binis vicibus eum salu-
tavi, gravitatem VIRI illius ac candorem plane Chri-
stianum admiratus sum. verba eius, quum accederem,
haec primum erant: Gratia superis, quod no-
bis incolumis redieris! ecquid Halae?
ut valet VENERANDUS PROFESSOR
FRANCKIUS? viuitne Dn. D. ANTONIUS?
sed mirabantur alii quoque, qui vice alia adierant VIRI
beati facunditatem, maxime quod, cum paullo ante vix fa-
ri potuerit, iam tum in mea praesentia quasi spiritum de-
nuo dicendi recuperasse visus fuerit, quae aegre quidem
olim, integre restitutus, protulisset. Sermo autem om-

mis eo tendebat, ut regnum CHRISTI quisque con-
niteretur distinguere a regno Satanae: videretque cu-
iusnam regni ipse quidem civis sit. porro. hoc qui ur-
get, simio ille mundo non est Christianus aut Lutheranus.
et id genus alia, quae ad vitae emendationem pertinere videbantur
denique obtestatus est, se illum omnino muneris sui finem in-
tendisse, ut ea, quae CHRISTI sunt, non sua quaereret. atque
ita VIR clarissimus ad diem 24 Novemb. placida mor-
te est affectus. Quod tametsi minime optatum nun-
cium videbatur, tamen nihilominus praeterire non potui,
quin ea de re facerem TE certiorem. quodsi laeti-
ora deinde scribere potuero, non intermittam animum
TUUM, VENERANDE PATER, exhilarare.
De me autem. postquam per gratiam DEI, quo tende-

bam, perueni, ſeriem lectionum illico Patronis
meis propoſui, vt his, quomodo in demandato mihi munere
procedere conſtituerim, pateſceret. qui quemadmodum
me laeti promtique receperunt, ita, ne niſi inuiti me
tandem dimittant, faciam. TIBI vero, quum praeſens
non potuerim, abſens hisce meis gratum meum ſaltem
conteſtor animum. tanta enim fuit TVA in me beneuo-
lentia, vt dubitem, cuipiamne plus, an TIBI debere vi-
dear. TVO quippe et conſilio et auxilio factum eſt, quod
huc loci optimos inter homines delatus ſim. quare et vitam
vitaeque ſi quidem prouenerit fructum TIBI, poſt DEVM
acceptum feram. Vnum eſt tamen de quo cum fortuna con-
querar, quod tantis TVIS in me immeritum beneficiis, num-
quam videar reſpondere poſſe. quod cum ita ſit, memoria
illorum tamen ſempiterna haud diſplicebit. Huiusque, quum fidem
obligo, tum magis meam in TE, V. S. V. pietatem declaraturus DEVM
immortalem quaeſo ac veneror, vti ſaluum TE, vna cum TVIS, quos
veneror, omnibus ac felicem illuſtri Fridericianae praeſtet quam
diutiſſime, omnique proſperitatis genere auctum velit. ita cupit

TVI MAGNI NOMINIS

Cultor obſeruantiſſimus
Ioannes Fabri, Vngarus.

STAATS-
BIBLIOTHEK
BERLIN.

Franckesche Stiftungen zu Halle